

quibus ingredior tabulam sinuum datam, & inuenio gradibus 23. sinum correspondentem 39073. Sed cupio etiam scire, quæ sit pars proportionalis 30. minut. quæ dantur ultra 23. grad. multiplico ergo differentiam inter sinum datum & immediate sequentem, nempe 1602. per 30. proueniunt 48060. quæ diuido per 60, resultant in quotiente 801, quæ addita sinui in tabula 23. gradibus integris correspondenti, dant 39874. gradus, sinum maximæ declinationis solis, nempe 23. graduum, 30. min. Eadem ratione in alijs casibus eiusmodi est procedendū.

Quod si offeratur sinus aliquis, qui non inueniatur præcisè in tabula data, uti v. g. sinus declinationis octauæ gradus pisc. quem superius inuenimus esse 14936. grad. accipio illi in numeris proximum, nempe 13917, cui respondent in latere versus sinistram, s. subtractis igitur 13917. à 14936, remanet differentia 1019: dico ergo per regul. proport.

13917. dant 8. gradus, seu 480. min. quod minuta dabunt 1019? proueniunt 35. min. & $\frac{20}{17}$. Sinui igitur octauæ gradus pisc. seu virg. congruunt 8. gradus, 23. min. & fere unum sec.

DECLINATIONEM SOLIS ET CUIUSVIS puncti Ecclipticæ beneficio sequentis tabulæ inuenire.

Propos. VIII.

Gradus	♈		Diff.	♉		Diff.	♊		Diff.	Solis
	G	M		G	M		G	M		
0	0	0		11	30		20	12		30
1			24			21			13	